

CONRADVS SITICH MILES.



Conradus ille genere Franco in Ochsenfurte  
Coriundus fuit. Cum autem parētes essent te-  
nuissimæ fortunæ, ipsum Heripolis ad fabrū fer-  
rarum collocant, ut mechanicam illam artem per-  
discendo postea sese honestè alere posset. Erat au-  
tem is insigni corporis statura, atq; animi fortitudi-  
ne omnibus gratissimus. Itaq; uir factus militiam  
secutus, atq; cum Conradino ultimo Suevię duce  
in Italiam profectus est, ut is Siciliæ regnum auitū  
fuscioperet. Cum autem Conradius per insidias a  
Carolo Gallo esset interceptus, atq; carceri manci-  
patus, Germani milites suo duce destituti in maxi-  
mo erant periculo, atq; hinc inde iam dilabi cœpe-  
rant. Ne itaq; hostibus suis prædæ essent, procerum quorundam consilio pu-  
blica militaris concio indicta, ut Germani inter se deliberarent, quid factu o-  
pus esset. Tum omnium consensu Conradus ille ob uarias animi & corporis  
uirtutes copijs militum præter expectationem præfectus fuit.